



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Mirabile factum senis Aegyptij, nomine Daud. Capvt. CLXXXIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

PR O P E sanctam Bethleem monasterium
 sancti Sergij. In hoc pater fuit Abbas Eug-
 nius, qui postmodum Episcopus Hermopo-
 lis factus est in Aegypto. Hic, cum ad eum venis-
 semus, narrauit nobis de Abbate Alexandro Ci-
 lice, quod cum inter speluncas sancti Iordanis
 fenuisset, accepit illum in monasterio suo. Qui
 circa finem vitæ suæ lectulo decubuit quasi men-
 ses tres. Ante decem verò dies, quàm migraret ad
 Dominum à dæmone arreptus est. Et cepit senex
 ad dæmonē dicere: Ad vesperā venisti, miser, hoc
 magnum non est. Quoniam in lectulo deuinctus
 sum, & moueri non possum, ostendisti, miserri-
 me, imbecillitatem tuam. Nā si potens, & valens
 esses, sante hos quinquaginta vel sexaginta annos
 debueras appropinquare mihi, ego enim per con-
 fortantem Christū ostendissē tibi infirmitatē tu-
 am, ac deiecissē rugitum tuum, atq; contriuis-
 sem rigidam illam tuam, inflexamque circūcem.
 Nunc autem non mea est imbecillitas, sed infir-
 mitas est, quæ præmit me. Gratias tamē ago Deo,
 ad quem proficiscens, ostendam iniuriam, quam
 abs te passus sum, quia post tot annorum labores,
 & fatigationem circa exitum sic atrociter in me
 inuasisti. Ista, & alia plurima horis singulis dicē
 decima die cum omni quiete Domino Christo
 spiritum in pace reddidit.

*Mirabile factum senis Aegyptij, nomi-
 ne David.*

DI C E B A T Abbas Theodorus Cilix. Cum
 adhuc morarer in Sciti, erat illic senex Aeg-
 yptius, nomine David. Qui die quadam ad me
 tendum

tendum profectus est. Habent enim consuetudinem Scitioræ, vt abeant ad villas, & ¹metant. Ascendit ergo senex in villam, & sub mercede operabatur. Conduxit autem illum agricola quidam. Cùm itaque meteret senex, die quadam circa horam septimam æstus magnus factus est, & abiit senex in quoddam tugurium, & sedit. Veniens autem agricola, & videns sedentem senem, dicit ei cum iracundia: Cur non metis, senex? Nescis, quia mercedem tibi reddo; Dixit ei: Ita sanè, sed quia æstus magnus est, & grana tritici de spicis decidunt, idcirco paululum expecto, donec transeat æstus, neque damnum patiaris. Dicit ad eum agricola: Surge, labora, & ardeant omnia. Cui respondit senex: Et vis, vt ardeant? Dixit ille cum iracundia: Ita planè. Tunc surrexit senior, & ecce continuo ardere cœpit ager. Currens autem agricola venit ad alios senes, qui in alia parte agri cooperabantur, & orabat eos, vt venirent & deprecarentur senem, vt oraret & ignem extingueret. Venientes autem senes prostrauerunt se humi. Ille autem dixit eis: Dixit ipse vt arderet. Exoratus tamen ab eis, abiit, & stans medius inter ea, quæ arserant, & ea que non arserant, orauit, & continuo ²extinctus est ignis, & saluata est pars reliqua ruris.

¹ Vide in sanctis patribus opus manuum.

² Magna virtus orationis sancti senis, vt per eam ignis agri extinctus sit.

Vita Abbatis Iohannis Eunuchi, necnō iuuenis monachi, qui nunquam bibere constituerat, atque alterius senis orationibus valde dediti.

C A P. C L X X X I I I I.

ERamus in noua Alexandria, cum accessimus ad monasteriū abbatis Iohannis Eunuchi

Hh 5 chi